



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Cruce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Exclamatio Ad Dominvm, qua V.P. finem imponit suis documentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

uabatur, nunc impeditur, quæ signa simul reperiri debent.

94. Nō aspiciere alienos defectus, seruare silentium, & assiduum cum Deo commercium, ingentes euellunt imperfectiones ab anima, maximarumque virtutum Dominam efficiunt.

95. Non suspiceris aduersus fratrem tuum, quia perdes puritatem cordis.

96. Abstractum ab externis & possessione interiorum, rerumque diuinarum proprietate, neque prospera detinent, nec præpediunt aduersa.

97. Quid prodest Deo vnum dare, si aliud à te requirit? considera quid velit

Deus, & sic plenius satisfacies cordi tuo, quam eo, ad quod propendes.

98. Quomodo ita intrepide indulges voluptati & genio, cum debeas comparere coram Deo, etiam minimi verbi, & cogitationis rationem redditurus?

99. Vide quod multi sunt vocati, pauci vero electi, & quod nisi cautè sollicitèque vixeris, certior sit perditio tua quam salus.

100. Quandoquidem tempore reddendæ rationis dolere debes, quod non insumpleris tempus in Dei seruitio, cur modo non impendis, & ordinas illud eo modo, quo illud impendisse velles cum morieris?

EXCLAMATIO AD DOMINUM, qua V.P. finem imponit suis documentis.

Domine Deus amator meus, si adhuc memor es iniquitatum mearum, ut non exaudias orationem meam, fac mecum secundum voluntatem tuam: hanc enim & ipse volo, tuamque bonitatem & misericordiam exerce, & in illis cognosceris. Si vero opera mea expectas, ut ipsis intercedentibus annuas orationi meæ, Da illa tu Domine, & in me illa operare, nec non pœnas, quas tibi placuerit acceptare, mitte, & sic fiat, quod si opera mea præstolari nō vis, quid o clementissime Domine expectas? cur moraris: cur tandem? si gratia & misericordia futura est, quam in Filio tuo requiro, accipe operum meorum teruntium, si quidem tibi placet, & hoc mihi bonum largire, si quidem etiam & hoc tu vis. Quis euadere poterit in finimos modos, ac terminos, nisi tu o DEVS meus, in puritate amoris eum erigas ad te?

EPI.

B.
Joann
à Cru

Opera
mystic
NIV
128